

Recu 1738.  
mars 6.

49

Alinso Excerptum Billi ru H Des Vignoles ad spiritum  
Excerptum ex Epistola P. Antonii Gaubili  
Ad me Pekini 15. Maii 1737 data.

Errat D. Des Vignoles <sup>n. 49.5</sup> circa initium anni Civilis Dynastiae  
Tcheu. Textus qui exprimit 10<sup>am</sup> lunam in Eclipsi ann. 775  
ante Km est in libro classico Chi King, in libro tsou chao, in  
historia etc. Cyclum dierum quem percepissem, illius rationem  
omnem explicui, et viam facilem aperui ad applicandos dies  
Sinicos diebus Julianis. Sed forte illis (\*) nonnum potuerat  
videre Eruditus Senex. Multis pertractavi singulos articulos  
quos tradat D. Des Vignoles in suis Dissertationibus de Cyclis  
Sinensium etc. Quum accepero ex Gallia responsa ad ea, quae  
de his <sup>hac</sup> argumentis scripsi, iterum de illo argumento agam  
et sincere dicam quid in D. Des Vignoles sit laudandum,  
quid vero reprehendendum. D. Freret egregiam navat operam  
Chronologiae Sinicae illustrandae. Ea de re eruditissime  
et humanissime ad me scripsit. Ad eius humanitatem res-  
pondere sum coactus conatus, quantum patitur ingenii et  
doctrinae tenuitas. Nullus dubito, quin ex hoc, D. Des Vigno-  
les, D. Freret et aliorum laboribus indefessis emergat tan-  
dem aliquid insigne circa Sinensium et aliarum nationum  
chronologiam

(\*) Sine dubio P. Gaubil sub voce illud intelligit scriptum  
suum Chronologicum, quod ad Cl. Freretum misit.